e-codices

aut sp̄u uti tibiis uel his quae ad aquā mouentur . aut p̄cussione quadam ut in his quae in concaua quaedam
aerea feriuntur . atq; inde diuersi efficiuntur soni . De hac igitur instrumentorum musica . primo hoc
opere disputandum uidetur ; sed p̄emii satis ē ; Nunc de ipsis musicae elementis ē differendum

DE UOCIBUS AC MUSICAE ELEMENTIS

Consonantia quae omnē . modulationē regit . p̄t sonū fieri non potest . Sonus uero p̄ter quendā
pulsum percussionemq; non redditur . pulsus uero atq; percussio . nullo modo ēē potest
nisi p[illegible]cesserit motus . Sicuti cuncta sint immobilia non poterit alterum alteri concurrere ut alte
rum inpellatur ab altero . Sed cunctis stantib; motuq; carentib; nullum fieri necesse ē sonum
Idcirco definitur sonus . percussio aeris : indissoluta usq; ad auditum . Motuum uero . alii sunt ue
lociores alii tardiores ; eorundemq; motuum . alii rariores sunt . alii spissiores . Nam siquis
in continuū motu respiciat . ibi aut uelocitatē aut tarditatē necesse ē comp̄hendat . Si uero quis moueat
manū . aut frequenti eam motu mouebit aut raro . Et si tardus quidē fuerit aut rarior motus
graues necesse ē sonos effici ipsa tarditate & raritate pellendi . Si uero sint motus celeres ac spis
si . acutos necesse ē reddi sonos . Idcirco enī idem neruus . si intendatur amplius . acutū sonat
si remittatur graue . Quando enī tensior est . uelociorem pulsum reddit . Celeriusq; reuertitur
& frequentius ac spissius aerem ferit ; Qui uero laxior ē . solutos ac tardos pulsus effert . rarosq; ipsa
inbecillitate feriendi . nec diutius tremit . Neque enim quotiens corda pellitur . unus edi tantum
putandus ē . sonus . aut unā in his ēē p̄cussionem . sed totiens aer fe[illegible]ur . quotiens eum corda tre
mebunda percusserit . Sed qm̄ iunctę sunt uelocitates sonoꝝ . nulla [illegible] capedo sentit aurib; . & unus
sonus sensum pellit . t grauis . t acutus . quāuis utq; ex plurib; con[illegible] . grauis quidem ex tardiorib;
& grauiorib; . Acutus uero ex celeribus & spissis ; Velut si conē quē turbonē uocant quis diligenter
extornet . eiq; unā uirgulā coloris rubri uel alterius ducat . et eum qua potest celeritate conuertat
tunc totus conus . rubro colore uidetur infectus . Non quo totus ita sit sed quod partes puras
rubre uirge uelocitas comprehendat . & apparere non sinat ; Sed de his posterius ; igitur
qm̄ acute uoces spissiorib; & uelociorib; motibus corde incitantur ; Graues uero tardioribus
ac raris . liquet additione quadā motuum ex grauitate acum̄ intendi .
Detractione uero motuum laxari ex acumine grauitatem . Ex plurib; enim motibus
acumen quam grauitas constat ; In quibus autem pluralitas differentiam facit .
Ea necesse est in quadam numerositate consistere ; Omnis uero paucitas ad pluralitatē ita sese habet .
ut numerus ad numerum comparatur ; Eorum uero quę secundū numerū conferuntur ;
partim sibi sint aequalia ; quocirca soni quoque partim sunt aequales ; partim uero sunt
inaequalitate distantes . Sed in his uocibus quę nulla inaequalitate discordant . Nulla

Chorda quo tensior fuerit celerius & celerius tremit . & in unoq; motu sep̄ aerē ferit ipsisq; motibus uelocissimis ē . At u laxa raro tremit uel tardis ē motibus . q tam sepe aerē percutit quā uis raro

t Quanto

equales soni inequales
[illegible] terre

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. p.%2028 – Boetii geometria et musica
(http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/p.%2028)